

Epicedium II.

*Academia Rostochiensis.*

**E**T potero ingentes unquam compescere luctus,  
Quos mihi **LOBECHI** mors inopina facit?  
Heu! heu! non querulo praequantia lumina fonte,  
Ora nec assiduis immadeant lacrimis?  
Quid moror hos tracicibus digitis laniare capillos,  
Scindere & has vestes, hocq; ferire caput?  
Sic juvet insanum sic explevisse dolorem!  
Ulla sit afflictae nec medicina mihi.  
Huc properent questus: certatim accurrite lymphæ:  
Singultusq; inter singula verba veni.  
Huc properent fletus: fletus properate fideles,  
Ulla suis lacrimis hora, cavete, vacet.  
Nonne satis fuerat viduatam funere magni  
**CHYTRÆI** abreptos tot doluisse viros:  
Luscovium, Camerariaden, Sturcijumq; disertum,  
Quiq; Orpheus noster Braschius atq; decus.  
Heu! heu! te quoq; nunc rapiunt tua fata, meum cor,  
**LOBECHI**, fadae gloria, noster amor.  
Et tua vel pietas, vel morum vivida virtus,  
Imbutumq; bonis artibus ingenium,  
Quæq; per hunc orbem felici gloria curru  
ibat, te morti subtrahere haud potuit?  
Quis tanto, quis me nunc tanto ardebit amore,  
**LOBECHI** quantus pectoris ardor erat?  
Est equidem raptus: Jovam voluisse putandum est:  
Quo sine nec vilis defluit ore pilus.  
Ast ego victuris tibi candida ferta parabam  
Floribus: & spes hæc hæc erit illa mea,  
Dicbam: Bacmeisterum Schachtumq; verenda  
Virtute & claros canitie excipiet

**LOBE-**